



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

39 Vno impetu, qui eundem peccati actum reiterat, an pluries peccet, aut pluries excommunicetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

DECISIO XXXVIII.

Ex consil. 14. in Nouis. deest in antiquo habetur tamen ad verbum in Manuali auctoribus c. 6. nu. 16. 17. & 18.

**P**eccatum vnum in genere moris plures actus exteri in vnum tendentes faciunt, sicut & actus peccatum ipsum principale antecedentes, & consequentes constituant; ad quos omnes licet oblatio virtualiter saltem se extendere debet, quod ad obligationem tamen confitendi numerum, & ad preteritis statum cognoscendum, actum principale confiteri sufficit.

DECISIO XXXIX.

**V**no impetu qui eundem peccati actum reiterat, pluribus puta iectibus simul sacerdotem percutiendo, vnam solum excommunicationem incurrit, cum pro causa de sen. excomm. & vnicuique peccatum committitur, sicut & qui pluries idem replicat verbum iniuriosum, puta appellando, tertium quater furem aut latronem, arg. c. Lotharius iuncta. gl. in verb. appell. 3. q. 2. quod si persona, quibus iniuriatur, puta, tres, aut quatuor sint, vel quas male concupiscit, puta si concupiscit viduam, virginem, nuptiam, vel facta ipsa, seu verba iniuriosa sint plura distincta, puta quod sit fur, falsarius, hereticus, peccata iuxta personarum, aut iniuriarum numerum multiplicari censentur; nisi forte, persona illa plures, vt vnum corpus, & vnica persona reputentur; tunc enim vnicuique solum peccatum erit: vnde qui blasphemat S. Petrum, & omnes Apostolos, duas solum blasphemias perpetrat; Et qui vnam domum vult comburere; vnum solum peccatum committit, & non tot, quot ibi sunt personae.

DECISIO XL.

Ex consil. 15. in Nouis. deest in antiquis.

**V**num peccatum semel legitime confessum nemo villo iure iterum confiteri teneatur, poenitens, quae putatur virgo, & tamen alias peccatum molliciei commisit, de quo confessus fuit, si deinde aliud peccatum carnis cum viro committat, confessario interroganti, an virgo esset, vt fiat vltimam speciem peccati, puta, an stuprum, vel simplex fornicatio sit, sicque legitimam poenitentiam imponat, se antea corruptam fuisse respondere non tenetur; Immo peccatum prius confessum, non solum tacere, sed etiam negare potest poenitens, commississe, intelligendo intra se, quod non fuit corrupta, ita vt teneatur illud confiteri, & sufficit confiteri vltimam speciem peccati confessario confitendam, tacendo speciem vltimam peccati, non confessario confitendam, qualis est prior corruptio, quam antea legitime confessus sit.

DECISIO XLI.

Ex consil. 16. in Nouis. deest in antiquis.

**A**duocati, medici, & quibus consultores, patres spirituales, & similes secreta sibi communicata ita celare tenentur, vt nec ad praecipuum superioris concedentis monitorium sub poena excommunicationis dicendi aliqui quod certo verum esse nouerint, ea reuelare tenentur, nec tacendo excommunicationem incurruni ex Nauarr. in Manual. cap. 25. nu. 62.

DECISIO XLII.

Ex consil. 18. in Nouis. deest in antiquis.

**C**asuum reueruatorum relaxationem etsi Papa per Bullam Cruciatam ex iustis causis, certa elemosina, iuuuantibus bellum aut aliud pium opus concedere possit; episcopus tamen id concedere nequit, sicut interdictum suum etsi episcopus tollere, vel suspendere possit; attamen vt eo durante quis etiam inanis clausis sacro intersit, concedere non valet, cum inferior in lege superioris dispensare non possit, inferior. d. 25. & lege Pape, qui est superior lege ordinariorum, interdictum etiam ab ordinario latum, seruari iubetur c. Quod in te de poenit. & remis. & c. Alma mater. de sent. excomm. in 6.

DECISIO XLIII.

Ex consil. 16. in Nouis. deest in antiquis.

**C**um confessus semel peccata sua, & absolutus, ea iterum confiteri non teneatur, & absolutio absolutioe & non conditionaliter impendatur, ex Nau. in Man. c. 9. nu. 1. qui die Lunae legitime confitetur, & ab omnibus casibus reueruatis virtute Iubilaei absoluitur, cum proposito firmo faciendi omnia requisita ad querendam indulgentiam, & postea ieiunat feria quarta, non curans deinde ferijs sexta, & sabbato ieiunare, aut orare, aut die Dominica comunicare, vt tenetur, quamuis indulgentiam non lucratur, ita tamen valide a peccatis reueruatis absolutus est, vt illa iterum confiteri non teneatur. Secus tamen, quando tali fraude vteretur, vt solum a reueruatis absolueretur, tunc enim nec legitime confessus, nec a reueruatis, vel non reueruatis absolutus esset, quia confessio eius integra non esset, eo quod peccatum illud fraudandi commissum taceret.

DECISIO XLIV.

Ex consil. 20. in Nouis. deest in antiquis.

**Q**uoniam a iure antiquo recedendum non est, nisi quatenus noue id statuitur, l. praecipimus, C. de appell. nihilque de casuum reueruatorum absoluteione nouo iure decretum sit, poenitentiam ad formam Conc. Tri. sess. 24. ca. 8. de refo. a casibus episcopo reueruatis, vi officij sui absolute non potest.

DECISIO XLV.

Ex consil. 24. in Nouis. deest in antiquis.

**P**rocurator, sicut non competit regulariter potestas iudicandi, an hic, vel ille casus reueruatus episcopo sit, vel non sit ei remittendus, ita nec casus episcopo reueruatos ideo absolute valere, quod credat fore nociturum poenitentiam, si illum ad episcopum remittat.

DECISIO XLVI.

Ex consil. 25. in Nouis. deest in antiquis.

**P**oenitentiam a superiore in absoluteione a peccato reueruato impositam, etsi inferior, adueniente necessitate, vel utilitate ob praesumptam mentem superioris commutare possit; poenitentiam tamen in commutatione, vel dispensatione voti iniunctam mutare non valet.

DECISIO XLVII.

Ex consil. 30. in Nouis. deest in antiquis.

**C**um Papa super omnes Christianos iurisdictionem immediatam a Deo quoad omnia spiritualia habeat, extra vnam sanctam de maior. & obed. absoluteiendi a casibus episcopis reueruatis cuiuslibet Sacerdoti facultatem, iniuris episcopis, concedere poterit.

DECISIO XLVIII.

Ex consil. 34. in Nouis. deest in antiquis.

**I**ndulgentia non ieiunantibus, & orantibus, solum verum etiam elemosynam porrigentibus a Papa concedi potest, cum ipsa opus pium, & satisfactorium sit.

DECISIO XLIX.

Ex consil. 35. in Nouis. deest in antiquis.

**I**ndulgentia concessa, cum sit quaedam dispensatio, & sic odiosa & stricte interpretanda, ex Palud. 4. d. 20. q. 4. quari non potest, nisi onus ad eam querendam impositum adimpleatur; adeo vt nec vnus dies, nec vnus locus pro alio a parte etiam ex causa iusti impedimenti subrogari poterit: vnde cui concessum est, vt indulgentiam lucraretur, si octavo quoquo die confiteatur, & die Dominico communicet; si ob iustam aliquam causam loco diei Dominicae, alio hebdomadae die communicet, indulgentiam non lucratur. Idque non solum quod a proprio, & pleno sensu verborum recedendum non sit, nisi aliud de mente dispensantis coniter, l. Non aliter. ff. de legat. 3. Sed etiam quod maior ratio concessionem indulgentiam communicati die Dominicae, ob diei illius celebritatem, quam alio die feriato suadere videtur, Arg. ca. Quotidie. de consec. dist. N 3 TI.